

BS 548

M5

V. 11

ELENCHUS  
AUCTORUM ET OPERUM

QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR.

SANCTIUS.

In quartum Regum librum commentarium.

CALMET. — DUCLOT. — NATALIS ALEXANDER.  
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Varie dissertationes et annotationes.

CALMET.

In duos Paralipomenon libros commentarium.

IDEM. — SANCTIUS. — TIRINUS. — NATALIS ALEXANDER.  
CORNELIUS A LAPIDE. — SACY.

Varie dissertationes et annotationes.



FONDO EMETERIO  
VALVERDE Y TELLEZ

INDEX RERUM.



Copie. Alphonse  
Bibliothèque Universitaire

Credebat Migne,  
in viâ dictâ d'Amboise, hors la barrière d'Enfer.

1853

GASPARDI SANCTII  
IN LIBRUM IV. REGUM  
COMMENTARIUM.

CAPUT PRIMUM.

1. Prævaricatus est autem Moab in Israel postquam mortuus est Achab.

2. Ceciditque Ochozias per cancellos conaculi sui quod habebat in Samaria, et ægrotavit; misitque nuntios, dicens ad eos: Ite, consulite Beelzebub, deum Accaron, utrum vivere queam de infirmitate meâ hæc.

3. Angelus autem Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens: Surge, et ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, et dices ad eos: Numquid non est Deus in Israel, ut eatis ad consulendum Beelzebub deum Accaron?

4. Quamobrem hæc dicit Dominus: De lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias.

5. Reversique sunt nuntii ad Ochoziam. Qui dixit eis: Quare reversi estis?

6. At illi responderunt ei: Vir occurrit nobis, et dixit ad nos: Ite, et revertimini ad regem qui misit vos, et dicetis ei: Hæc dicit Dominus: Numquid, quia non erat Deus in Israel, mittis ut consulatur Beelzebub deus Accaron? Ideirò de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

7. Qui dixit eis: Cujus figuræ et habitus est vir ille qui occurrit vobis, et locutus est verba hæc?

8. At illi dixerunt: Vir pilosus, et zonâ pellicæ accinctus renibus. Qui ait: Elias Thesbitus est.

9. Misitque ad eum quinquagenarium principem et quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentique in vertice montis ait: Homo Dei, rex præcepit ut descendas.

S. S. XI.

CHAPITRE PREMIER.

1. Après la mort d'Achab, Moab, que David avait assujéti, secoua le joug d'Israël.

2. Il arriva aussi qu'Ochozias, étant tombé de la plate-forme par les barreaux d'une chambre haute qu'il avait à Samarie, en fut bien malade; et il envoya de ses gens en leur disant: Allez consultez Bèelzébub, le dieu d'Accaron, pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

3. Mais l'ange du Seigneur parla à Elie de Thesbé, et lui dit: Allez au-devant des gens du roi de Samarie, et dites-leur: Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous allez consulter ainsi Bèelzébub, le dieu d'Accaron?

4. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur: Vous ne relèverez point du lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement. Et Elie s'en alla.

5. Et les messagers d'Ochozias étant retournés, il leur dit: Pourquoi êtes-vous revenus?

6. Ils lui répondirent: Un homme est venu au-devant de nous qui nous a dit: Allez, retournez vers le roi qui vous a envoyés; et dites-lui: Voici ce que dit le Seigneur: Est-ce qu'il n'y a pas un Dieu dans Israël, que vous envoyez ainsi consulter Bèelzébub, le dieu d'Accaron? C'est pour cela que vous ne relèverez point du lit où vous êtes, mais vous mourrez très-certainement.

7. Le roi leur dit: Quelle est la figure et l'habit de cet homme qui est venu au-devant de vous et qui vous a dit ces paroles?

8. Ils lui répondirent: C'est un homme couvert de poil et qui porte sur les reins une ceinture de cuir. C'est Elie de Thesbé, leur dit-il.

9. Et aussitôt il envoya un capitaine de cinquante hommes et les cinquante soldats qui étoient sous lui. Ce capitaine monta vers Elie qui étoit assis sur le haut d'une montagne, et

007712

40. Respondensque Elias dixit quinquagenario : Si homo Dei sum, descendat ignis de caelo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit itaque ignis de caelo, et devoravit eum et quinquaginta qui erant cum eo.

41. Rursumque misit ad eum principem quinquagenarium alterum et quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi : Homo Dei, hæc dicit rex : Festina, descende.

42. Respondens Elias ait : Si homo Dei ego sum, descendat ignis de caelo, et devoret te et quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de caelo, et devoravit illum et quinquaginta ejus.

43. Iterum misit principem quinquagenarium tertium et quinquaginta qui erant cum eo. Qui cum venisset, curvavit genua contra Eliam, et precatus est eum, et ait : Homo Dei, noli despiciere animam meam et animas servorum tuorum qui mecum sunt.

44. Ecce descendit ignis de caelo, et devoravit duos principes quinquagenarios primos et quinquagenos qui cum eis erant ; sed nunc obsecro ut miseraris animæ meæ.

45. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens : Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, et descendit cum eo ad regem ;

46. Et locutus est ei : Hæc dicit Dominus : Quia misisti nuntios ad consulendum Beelzebub deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel à quo posses interrogare sermonem, idè de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris.

47. Mortuus est ergo, juxta sermonem Domini quem locutus est Elias ; et regnavit Joram, frater ejus, pro eo, anno secundo Joram filii Josaphat, regis Judæ ; non enim habebat filium.

48. Reliqua autem verborum Ochozias quæ operatus est, nonne hæc scripta sunt in libro Sermonum dierum regum Israel ?

lui dit : Homme de Dieu, le roi vous commande de descendre.

40. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu descende du ciel, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine avec les cinquante hommes qui étaient avec lui.

41. Ochozias envoya encore un autre capitaine avec ses cinquante soldats, qui dit à Elie : Homme de Dieu, le roi vous fait dire : Hâtez-vous de descendre.

42. Elie lui répondit : Si je suis homme de Dieu, que le feu du ciel descende, et vous dévore avec vos cinquante hommes. Et aussitôt le feu du ciel descendit, et dévora le capitaine et les cinquante hommes qui étaient avec lui.

43. Ochozias envoya encore un troisième capitaine et ses cinquante hommes avec lui. Ce capitaine, étant venu devant Elie, se mit à genoux, et lui fit cette prière : Homme de Dieu, sauvez-moi la vie, ainsi qu'à vos serviteurs qui sont avec moi.

44. Le feu est déjà descendu du ciel, et il a dévoré les deux premiers capitaines et les cinquante hommes que commandait chacun d'eux ; mais je vous supplie présentement d'avoir pitié de mon âme.

45. Et l'ange du Seigneur parla à Elie, et lui dit : Descendez avec lui, et ne craignez point. Elie se leva donc, et descendit avec ce capitaine pour aller vers le roi.

46. Auquel il parla de cette sorte : Voici ce que dit le Seigneur : Parce que vous avez envoyé des gens pour consulter Beelzebub, le dieu d'Accaron, comme s'il n'y avait pas un Dieu en Israël que vous puissiez consulter, vous ne relèverez point du lit sur lequel vous êtes ; mais vous mourrez certainement.

47. Ochozias mourut donc, selon la parole que le Seigneur avait dite par Elie ; et Joram, son frère, régna en sa place, la seconde année de Joram, fils de Josaphat, roi de Juda ; car Ochozias n'avait point de fils.

48. Le reste des actions d'Ochozias est écrit au livre des Annales des rois d'Israël.

VERS. 1. — PRAEVARIATUS EST AUTEM MOAB IN ISRAEL, POSTQUAM MORTUUS EST ACHAB. Hebraice aliter ac nos hos Regum libros divisimus : duos hosce posteriores congerunt in unum, et *librum Regum* appellarunt. Latini in duos distinxerunt, in eos videlicet, quos nos tertium et quartum appellamus. Reliqui, ut constat, tunc suum habent finem. quando magna fieri videtur rerum inclinatio. Primus cum Saule defuncto, reges Israeliticæ vehementer afflicti, ad Davidem translatum est regnum, quod sub eo rege magnum accepit incrementum. Secundus cum ab illo transit ad Salomonem filium, qui, constructo templo, magno rem patriam nobilitavit ornamento. Tertius cum labi cepit Israelis potentia, et à regibus externis male jactari. Cum enim Achab male fuisset à Syrorum exercitu vexatus, reges qui aliquando à Davide domiti Israelitico jugo cervicibus submisserant, excusserunt illum, et impositum sibi imperium detrectaverunt : ac tandem eò deducta est gens ante florentissima, ut quæ externis populis imperabat, et ab illis stata tributa exigebat, ipsa externorum subiret imperium, et illis mutata rerum vicissitudine vestigalia dependeret. Quod decem tribus prius Assyriis, deinde duæ solverunt Babylonis. Incipit ergo liber quartus à defectione Moabitarum, qui cum antea Israelis regibus ex pacto servirent, nunc cum illorum viderent fractam esse potentiam, à datâ fide et fœdere religiosè concepto defecerunt. Quòd autem fuerit Moabitis à Davide impositum tributum, dicemus cap. 5, ubi hæc de re commodior erit disputatio. Nunc satis sit notasse Moabitas, Idumæos et plures alias gentes fuisse à Davide subjugatos, ut liquet lib. 2, cap. 8. Cùmque postea diviso regno regiones vestigales forent divisæ, Israelis regibus Moabitis, et regibus Juda Idumæi indicta à Davide vestigalia pendebant. Et sicut nunc Moabitanes Israelitis, sic etiam cap. 8, Idumæi ne Judæis vestigalia solverent, rebellarunt.

VERS. 2. — CECIDITQUE OCHOZIAS PER CANCELLOS COENACULI SUI (1). Incipit jam, ut præcædit Tropol. Eucher. : Ochozias, inquit, rex Samariæ qui se à domo David separavit, et per cancellos decidit, hoc significare videtur, quòd hæretici sive schismatici, etsi aliquam bonæ actionis arcam ascendere videntur, quia tamen compagem Ecclesiæ unitatis non habent, quasi patentibus et non solidis laterum præditiis, semper ad vitium infirma relabuntur, dum divino destituti auxilio suæ pertinaciæ fastu intereant. (Corn. à Lap.)

dietum fuerat à propheta, impit Achab exagitari posteritas. Neque enim hoc loco sine causâ ponitur, quæ intempestiva videri poterat, Moabiticæ defectionis commemoratio. Accidit autem ut Ochozias, qui vixdum regnum inierat à parente relicto, ex coenaculo, id est, ex sublimi domus parte laberetur, et eo casu corpus graviter affligeret. Coenaculum pars est domus sublimior, nempe proxima tecto, quæ est summum totius domus tabulatum, ut habet frequens Latinorum usus. Aut certè locus est supremus et apertus, quæ solarium dicitur, aut doma, in quo homines deambulare solent, et liberius caelum intueri : quod in Evangelio sæpè tectum appellatur. Neque enim, ut observat Hieronymus Epist. 135 ad Suniam et Fretellam, in Palæstina eo modo construuntur domus, quo apud Hispanos et Italos, et in Europâ frequentius. In Palæstina, inquit, et Ægypto, et ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed domata, quæ Romæ vel solaria, vel moeniana vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur, et in Actibus Apostolorum cap. 10, quando Petrus ascendit in doma, in tectum ædifici ascendisse credendum est. Et hoc postremum confirmat vox Hebraica *aliah*, et Græca *βραχίον*. Neque cancellorum nomen huic expositioni quicquam incommodat : nam in extremâ tectorum parte, quæ ruina patet eorum qui minis in tecto cautè deambulant, circumduci jubentur Deuteron. cap. 22, v. 8, muri, qui sunt quasi lorice, qui incautos vindicant à lapsu. Hi autem muri, seu lorice, ad dignitatem regis atque elegantis et cancellate domus esse solent, et in varias formas perforatæ. Sic autem eo Deuteron. loco : *Cum edificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, et sis reus, habente alio et in præceptis tui deo.* Hanc explicationem non videtur probare Dionysius, et Abulensis, quæst. 3, et Hugo, qui cancellos esse dicunt apodiamenta. Alii cancellatas putant cubiculi fenestras, et ex illis lapsurum Ochoziam. Ita Pagninus, qui ita reddidit : *Cecidit ex cancellis in coenaculum.* Quam translationem probat Vatablus, dum dicit deambulasse Ochoziam in tecto, vel solario, per cancellatam fenestram, per quam ex tecto lumen in subjectum admittebatur coenaculum, decidisse. Qui cancelli idè dicuntur esse coenaculi, quia illius causâ in supremo tecto facti fuerunt.

ITE, CONSULATE BEELZEBUB DEUM ACCARON, UTRUM VIVERE QUEAM (1). Solere diabolum per multa simulacra reddere responsum, non solum profana, sed etiam sacra historiae produunt. Quare gentiles suos consulebant deos non infrequenter, à quibus accipiebant oracula, ita tamen obscura, ut oraculorum alia rursus oracula essent necessaria, quae effusas menti tenebras excuterent, et sic ambigua, ut in varias explicationes trahi possent, ut optimè Cicero de Divinatione lib. 2. et nos supra, lib. 5. cap. ultimo. Hinc sibi Apollo, maximus gentilium vates, λέξαι; appellatus propter ambigua, obliqua et tortuosa responsa. Existimatur autem Ochozias inductus à Jezabele matre Beelzebub, quem familiarem deum habuit Accaron, consuluisset potius quàm verum Deum, quem cum sanæ mentis esset, consuluit Israel. Erat autem Beelzebub sic gentilium nobilitatis insaniâ, ut princeps crederetur demoniorum, ut audimus Math. 12. Luc. cap. 11: *In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia. Beelzebub porò idem sonat quod deus Musca, vel deus Muscarum.* Unde hoc habuerit nomen, incertum est. Quidam putant hoc nomen illi datum esse, quia muscae avertit, quae infestae sunt, et sordidae bestiolae, sicut Apollo, quem admodum tradit Pausanias in Atticis, Parnopius appellatur, quia parnopus, id est, culices, seu, ut alii volunt, locustas avertit ex Atticis finibus; et idem Smintheus, quia mures occidit: Cretenses enim mures Sminthas vocant. Fuit quidem apud gentiles deus quidam, cuius illud erat negotium aut solum, aut maximum, ut muscae accret, qui Myiagrus dicitur, de

(1) Tropolog. colunt Beelzebub, id est, deum Muscam vel Muscarum, impudentes, luxuriosi, insolentes, inquieti, litigiosi. Audi S. Greg., lib. 18. Mor. cap. 25, explicantem quartam Aegypti plagam, quae fuit muscarum, Exodi 8. 21: « Aegyptus, quae hujus mundi speciem tenet, muscis percutitur. Musca enim nimis insolens et inquietum animal est. In qua, quid aliud, quàm insolentes curae desideriorum carnalium designantur? Unde alibi dicitur: *Muscae morientes perdunt suavitatem augmenti*; quia cogitationes superfluas, quae cassidè in animo carnalia cogitante et nascuntur et deficient, eam suavitatem quae mansuetisque intrinsicis per spiritum est, perdunt, quoniam integritate ejus perfuri non permittunt. Aegyptus ergo muscis percutitur, quia eorum corda qui terrenam vitam diligunt, dum desideriorum suorum inquietudinibus feriuntur, turbis cogitationum carnalium ad ima depressa sunt, et ad quietis intermax desiderium non levantur. Unde cum ope et pietatis ad cor veritas venit, prius ab eo cogitationum carnalium aetas eiecit, in eo virtutum dona mira disponit. » (Corn. à Lap.)

quo Pausanias in Arcadicis. Eundem, opinor, Plinius lib. 29, cap. 6, Myiodem vocat; et lib. 8, cap. 29, Achorem, fortassè quia in Accarone colitur, et quia communiter deus nominatur Accaronis. Fortassè iste deus Accaronitis idem est, qui aliis gentilium populis Jupiter: hic enim etiam abigere existimatur muscae, et idèò ἀρπιγίος vocatur, id est, muscarum aversor, ut auctor est Pausanias. Vide Lilium Gyraldum syntagmate 2 in Jove. Quare cum Jupiter primus dicatur deorum omnium, nihil mirum si muscarum deus Beelzebub dicitur princeps demoniorum.

Hanc esse puto nominis rationem expeditam et promptam. Quod etiam tenet Salmeron tom. 6 in Math. tract. 25, et Vatablus. Alii Beelzebub appellari putant, quia in ipsius sacrificiis magna convolvabant muscarum agmina, in Accarone præcipuè, quae regio est littoralis et maritima, ubi major esse solet muscarum copia. Alii deum Muscam exponunt, quia in musca similitudinem expressus est. Neque hoc cuiquam mirum videri debet, cum alia non minus vitia atque indecora gentilibus esse soleant pro numine. Talpis et vesperilionibus à gentilibus divinam fuisse honorem pensum, habes apud Isaiam cap. 2, ubi nos diximus, alias immundas obscaenapæ bestias apud gentes habuisse deorum nomen et pondus. Quod videtur sensisse Nazianzenus oratione 4 in Iohannem, ubi cum diceret nullum jam divinum honorem habendum esse gentium diis, de Accaronitis dixit in hunc locum intentus, ut notavit ejus Scholiastes Elias: « Non jam (ait Nazianzenus) fatuum temperare jubebunt, hoc est, idolorum agmen emotus et sensus expers, nec muscam quaerent deum Accaron, aut si quid eà magis est ridiculum. » Idem Theodoretus quaest. 5, in qua tamen pro Accaronitis Moabitis adhibuit: « Defenda est, inquit, Moabitarum amentia; non solum enim in deos retereabant maxima animalia, sed etiam minima, et vilissima, et odiosa. Quid enim est musca odiosus? Sed tamen, et ejus simulacrum deum dixerunt, et Deo, qui verè est Deus, relicto, muscae simulacrum de vitâ seiscitabant, et quam viventem flabellis expellunt, ejus figuram deum appellarent. » Sed placet magis Beelzebub aversorem esse muscarum, quia aliquod putatur Deo dignum esse beneficium, si homines auctore Deo à muscarum molestia liberentur. Et quamvis nunquam aliqui tanquam dii colantur, placenturque muneribus, ne no-

ceant, quales sunt Fauni, et qui dicuntur subire atque inflare corpora, et illi denique, quos non tam observantia et amor, quàm odium et metus in deorum censum retulere, de quibus Salyricus:

*Primus in orbe deos fecit timor,*

Tamen sapius à beneficiorum opinione homines apud gentiles deorum nomen consecuti sunt.

VERS. 5. — NUNQUID NON EST DEUS IN ISRAEL, UT EATIS AD CONSULENDUM BEELZEBUB? Tuli Deum graviter despici se, et in suo populo, et tot jam nominibus suo alienos queri deos, et ab eo rogari responsa, qui nihil nisi nugae efflueret, et sub oraculorum nomine mera mendacia, cuiusque sordidum muscarum nomen certam notam et appellationem indidisset. Quare per angelum præcepit Elias, ut nuntiis occurrat regis Israel, qui Dei et prophete nomine illi denuntiet pro tam vesano atque inverecundo consilio, non descensurum à lecto, in quo tunc egrotus decumbelat, nisi mortuus ad tumulum, futurus aliqui, ut verba Domini significant, incolomis, nisi vero Deo contempto, gentilico more externa consuleret non tam oracula quàm ab omni veritate vacua comenta. Quod putat Abulensis, quaest. 11.

VERS. 4. — ET ABIT ELIAS. Nempe unde venerat, ad montem videlicet Carmeli, ubi, ut putat Abulensis, quaest. 6, frequens illi erat commoratio, et unde sicut prius imbrem ad irrigandam jam dudum terram sitientem, sic etiam modò de caelo impetravit à Domino ignem, quo missi à rege milites conflagrarent.

VERS. 8. — VIR PILOSUS, ET ZONA PELLICEA ACINGITUS RENTIS (1). Hic erat habitus Elias: pilosus idèò dici potest, quia vestitus erat hirsutis pellibus, quales eo tempore viros solitarios gestasse verisimile est, qui urbanas delicias atque munditias, neque quaerunt ipsi, nec accipiunt oblatas; sed quemadmodum obvios comedunt cibos, et sycomoros, mel, et si quid aliud ultra fundit terra, sic etiam illis utuntur vestibus, quas facillè ipsi sibi parare possunt, et rudi quâdam arte, facillique negotio consuere. Qualem habuit amicum Joannes, qui Math. 3, cap. 4, indutus dicitur vestimentum de piliis camelorum, et zonam pelliceam circa lumbos suos. Et idèò fortassè Elias appellatur à

(1) Fabulatur R. Eliezer, cap. 51, zonam hanc Elias fuisse ex pelle illius arietis, quem pro Isaac immolavit Abraham Genes. 22. (Corn. à Lap.)

Christo, et iterùm venisse in virtute Elias; tum quia neque Herodis majestate deteritus est, quominus illum increparet audacter, sicut Elias prius Achab, et nunc illius filium Ochoziam; tum etiam, quia eodem quo ille utebatur indumento. Quae sententia mihi potior est, et omninò vera, quam tenet Abulensis quaest. 15, Lyra, Dionysius et Cassianus de Inst. lib. 1, cap. 2; Joannes, episcopus Hierosolymitanus, cap. 37; Theodoretus quaest. 8, pallium Eliae pellem vocat ovinam. Neque aliud videtur à Paulo proponi Hebr. cap. 11, eum de antiquis viris sanctis dixit: *Circumierat in melosis et pellibus caprinis.* Quod cum Chrysostomo sentiunt ferè omnes tam antiqui quàm recentiores interpretes. Porò melota non solum est animalium pellis, sed exuvio naturali veli hispidum, sed etiam indumentum ex camelorum, seu ex caprarum piliis rudi opere contextum, quale Joannes Baptista induit, qui non ex pellibus, sed ex pilis camelorum tegumentum habuisse traditur. Fieri autem potuit, ut ex caprina pelle, eaque villosâ vestem haberet intinam. Deinde pallium, quod postea tradidit Eliseo à piliis camelorum aut caprarum textile, à quibus vocatus est pilosus, non tam à suis quàm ab alienis piliis. Quod indumentum genus idoneum est et familiare illis qui duram agunt et agrestem vitam, qui sub dio vivunt, qui humi ebant, eorumum temporumque injurias excipere parati. Ita Philo lib. de Victimis, in principio. « Ex caprarum, inquit, piliis ac tergoribus contextis consutisque, sunt pecuniae vitoriae, velaminaque militibus et aliis, quos necessitas aliqua cogit extra urbem sub dio degere. »

Hæc mihi explicatio potior, quia communior, magisque Scripturæ atque sylvestrium hominum, qui quæ vitam agunt in solitudine instituto consentanea. Quod præter Pauli interpretes, ad citatum Pauli locum tenet Gregorius Nyssenus, cujus verba statim subjiciam in oratione de Laodiceo Basilio fratre. Nihil tamen minus non displicet, quod visum est aliis, pilosum etiam fuisse et hispidum Eliam à naturali, prolixoque pilo, quod visum est Hieronymo tom. 4, ad illud Ezech. cap. 53: *Et factus est sermo, ubi cum Seir, quod pilosum sonat, et est nomen Esau, in malam partem accepisset, statim subjicit: Quod si prudens lector opposuerit, quomodò in isto loco Seir, id est, hispidus et pilosus intelligatur in malam partem, cum Elias quoque vir pilosus dictus sit, breviter respondebo, de Esau scriptum esse*

quod rufus fuerit, et quasi pelle hispida; de Eliâ verò quod vir tantum pilosus. In Esâ, qui sanguinarius et cruentus pelli hispida comparatur, mortalium operum, et ipsius moris iudicium est; in Eliâ virilitatis argumentum. Quamobrem, et habitatio ejus in solitudine, et conversationis asperitas non solum virum, sed et virum fortissimum demonstrabat. Idem putat Cajetan.; neque ex rerum naturâ leve similiter argumentum, nam ita ferè contingit, ut qui nudi incedunt, illi viloso sint et hirsuto corpore, ut observavit Abulens. q. 14. Et nos ex antiquis historicis didicimus, in quibus viri solitarii, qui ut belluarum more nudo corpore vitam agunt sylvestrem, sic etiam illarum more piloso sunt et hirsuto corpore; neque aliam ob causam excrevisse dicitur in Nabuchodonosore pilorum sylvâ, nisi quia in regione periculis diu vixit nudus.

Verumtamen, si à naturali pilo villosum statnamus Eliam, non puto esse ab illâ corporis constitutione, qua homines reddit hirsutos et intectos villis belluarum more: hi etenim stupidi plerumque sunt, et barbaro ingenio, qualis Polyphemus esse fingitur, quem de se Ovidius loquentem facit lib. 15 Met.:

*Coma plurima toros*

*Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat,  
Nec mea, quod duris horrent densissima setis,  
Corpora turpe puta.*

Aut qualis Cacus, de quo Virgilius lib. 8 *Aeneid.*: *Villosaque setis pectora.* Neque sine causâ, ut opinor, Esâ homo stolido ingenio, agresti et barbaro, quique agrestia magis meditabatur quàm urbana, villosus esse dicitur et hirsutus. Existimo igitur Eliam potius pilosum appellari, quia cum vitam profiteretur non urbanam, et delicatam, et cultam, sed solitariam et asperam, qualem eremita, et qui coelestia meditantur, instituunt, sinebat ex-crescere caesariem et barbâ, quas cum profixas haberet et horridas, pilosus optime ab Ochozia nuntiis vocari potuit, qui videre honestè nihil poterant, præter capillos et barbâ. Quod putant omnes fermè qui à naturali pilo pilosum appellari putant, Hugo, Emmanuel Sâ, et antiqua translatio Hispanica, quæ ita reddidit: *Homo oriente cabellos.* Quod etiam dixit Gregorius Nyssenus de Laudibus Basilii, ubi cum illum prius dixisset caprinis indutum fuisse pellibus, statim illi prolixum capillitium attribuit. Cujus verba hic referre libuit, quæ optime nobis Eliæ proponunt, et verè penitentis elligium: *Cum Achab, inquit, traxisset*

populum ad idololatriam, exhibet Deus Eliam ead curandum populum, virum qui curatio-nem et cultum corporis despiceret; facie squalente, quæ multitudine suorum crinum cobumbraretur; qui peculiari more vivendi uteretur, aspectu venerando, vultu tristi ac crispis experti, obtutu oculorum recto, et eodem quò intendisset vergenti; pelle caprinâ tantum de corpore tegentem, quantum abscondi decorum erat, reliqua corporis ad caera perdurantem, et nihil curantem vel castitè, vel frigoris iniquitatem.)

Et ZONA PELLICEA ACCINCTUS. Sicut vestem habuit interiorem è caprinâ pelle, sive ex alterius animalis spolio, non erasis villis, ut nuper putabamus verisimile, sic etiam zonam, seu cingulum habuit non ex depilata pelle, in qua nonnihil esset elegantie, sed adhuc villosâ; atque ideò non coriacea dicitur, sed pellicea, quia in corio aliquid videmus arte politum atque perfectum, in pelle nihil, nisi quod à naturâ habuit, antequàm illam deposuisset animal.

VERS. 9. — MISITQUE QUINQUAGENARIUM PRINCIPEM ET QUINQUAGINTA QUI ERANT SUB EO. Quemadmodum in militari ordine quidam sunt, qui præsent decem, et isti decuriones vocantur; alii qui centum aut mille, qui centuriones, aut chiliarchi dicuntur; sic etiam sunt qui quinquaginta præficiuntur militibus, quos quinquagenarios, aut pentacontarchos appellamus, ex quo ordine unum cum subiectâ sibi cohorte misit Ochozias, ut Eliam, à quo tam durum vaticinium acceperat, seu accerserent volentem, seu raperent invitum. Quo animo afferi ad se prophetam jussert Ochozias, non est adeò certum. Quidam non ut hostem advocari putant, ut penas daret liberioris lingue et audacis vaticinii, sed ut patronum haberet, per quem impetraret à Domino, ut vel aboleret prorsus propheticas minas, vel saltem aliquid de vaticinii acerbitate remitteret. Atque ideò missam esse cohortem illam, non ut reluctantem cum ignominia traherent, sed potius ut stipatum nobili comitatu cum dignitate deducerent. Hanc sententiam magis probat Abulensis q. 17. Sed alia sententia magis est communis, quam tuetur Lyra, Dionysius, Magister Historiæ Scholasticæ, Hugo, et apertè Josephus lib. 9 Ant. c. 1, ubi hoc dicit, cohortem illam habuisse mandatum ab Ochoziâ, ut si ille lubens venire nollet, traheretur invitus, et hoc quinquagenarium aperuisse propheta. Et quidem non videtur Jeza-

bel, quæ, ut par est, non recedebat ab ægro-tante filio, sic animata in Eliam, quem tanto studio ad mortem ante quesierat, ut illum honestè à regio satellitio comitatu deduci pateretur. Neque si eo animo ad Eliam profecti forent milites, videbantur digni, quos coeleste consumeret incendium. Quare dicendum puto instigatum à Jezabele filium jussisse pertrahii ligatum Eliam, ut penas Jezabell ac regi tum de novo prociacique vaticinio daret; tum de prophetarum Baalis tam copiosâ eade, quam memori in animo assidue versabat Jezabel.

HOMO DEI, REX PRÆCEPIT UT DESCENDAS. Sedebat in montis vertice propheta, quò sine magno labore ascendere cum suis quinquagenarius ille non poterat. Quare quò ab illâ liberetur molestiâ, jubet ut descendat, additis tamen minis, ut putat Josephus, nisi regis mandatis ultrò obsequatur. Neque parum ad hunc sensum facit illud, *præcepit*, quod non obsequium indicat et observantiam, qualem habere debet, qui ab alto patrocinium aut consilium rogat, sed imperium, quod si detrectet alius, minas secum et indignationem importat. Cùm autem eundem quinquagenarius cum quinquaginta suis animum attulisset, quem dominum suum in Eliam habuisse cognoverant, nempe offensio-nem plenam et despumantem iras, descendere jubet imperiosè prophetam, additis minis si contra faxit, et cum irrisione vocans hominem Dei, quasi dicat nihil abesse ab illo magis quàm divini honoris observantiam et studium, et esse potius nugatorem, veteratorem et religiosæ disciplinæ labem, cùm ab illo tot prophetarum religiosum cœtum extinctum viderent.

VERS. 10. — SI HOMO DEI SUR, DESCENDAT IGNIS DE COELO (1). Intellexit Elias et regis animum, et militum studium illi consentaneum, et omnes gravi aliquo dignos esse supplicio, qui ut se patronos profiterentur Baal, quorum Elias occiderat prophetas, et Beelzebub, ejus proximè damnârat oracula, et reginæ et matris Jezabellis, qui se à prophetâ libertate perstrictos dolebant, in illum inflammato ferebantur

(1) Symbol. S. Ambros. lib. de is qui mysteris Initiatum, c. 9, cum Eliâ comparat sacerdotem consecrantem Eucharistiam. Sicut enim Elias igne coelesti consumpsit quinquagenarium cum suis, sic sacerdos vi divinâ verborum Christi, consumit substantiam panis et vini, illamque in Christi corpus convertit; nam, ut ait Lanfrancus contra Bereng., c. si tantum vult sermo Eliæ, ut ignem de coelo deponeret, non valem Christi sermo, ut species mutet elementorum? (Corn. à Lap.)

odio. Cognovit item (ut Lyra, Dionysius, Hugo, Emmanuel Sâ et Cajetanus docent) illud, *Homo Dei*, non tam à quinquagenario dictum esse seriò quàm ironice; neque enim alio sensu tum honesta illa salutatio enuncitari posse videbatur ab idololatrâ, et qui animo esset in Eliam infenso. Cùm autem revelatum esset à Deo propheta, ut multis docet Abulensis q. 19, quinquagenarium cum suis dignum esse morte, atque eo tempore inflicto coelitis supplicio periturum, ac tandem inspiratum, ut ignem de coelo ad illorum omnium interitum evocaret, fecit hoc non tam suo instinctu spiritui, quàm divino, quod satis Dominus probavit, cùm statim cohors illa coelesti conflagravit incendio. Quod sanè Deus non fecisset tam prompto horribleque successu, nisi ad illius aere gratâ accessisset Eliæ deprecatio.

Voluit autem Deus hoc loco ostendere quàm amaret impensè, et quo in numero, et pretio haberet Eliam, cùm ad illius preces immittere voluit, et sedare malum. Nam cùm vexare statuisset Israeliticum regnum, repressâ pluvîâ triennali fame, id fecit, non ignorante populo, ad preces, et prope dixerit, ad imperium Eliæ; *supra cap. 17: Visit Dominus, etc., si erit ante his ros et pluvia, nisi iuxta verba oris mei.* Et cùm exaco triennio pluviam tandem largiri decrevisset, id voluit scire omnes Eliæ precibus esse concessum cap. 18: *Factum est verbum Domini ad Eliam in anno tertio, dicens: Vade, et ostende te Achab, ut dem pluviam super faciem terræ.* Sic etiam nunc cùm hosce milites idololatræ, quique item sentientes et vellent, quod impius Ochozias et Jezabel sequestrata, statuisset Deus igne comburere coelesti; expectavit tamen, imò, et inspiravit Eliæ preces, ut magis illum timerent et observarent idololatræ, cùm viderent Eliæ sive minas, sive preces tam esse potentes.

At dicebat aliquis spiritum Eliæ improbatum à Christo, cùm Luca cap. 15, v. 34, reprehendit duos Apostolos, quando diverunt offensi Samaritanorum intrandâ inclementiâ: *Domine, vis dicimus, ut ignis descendat de coelo, et consumat illos?* (ad similitudinem nempe et exemplum Eliæ;) et conersus increpavit illos, dicens: *Necessitas cuius spiritus estis?* Sed, ut benè notat Abul. q. 19, non erat idem spiritus Apostolorum, qui Eliæ: Apostoli enim vindictam aspirabant et cædem, quam volebat Christus, qui non venit animas perdere, sed salvare. At Elias illi petebat, optabatque, quod revelante Spiritu Deo placere cognoverat; imò, ut ea

oraret in mandatis habebat; nihil de vindictâ cogitabat, aut meditabatur aliquid indignum eo, quo intus afflabatur, Spiritu. Eo prorsus modo quo Apostolus Petrus mortem esse imprecatus Ananias. In verbis autem quinquagenarii aliqua etiam apparebat divini nominis irrisio; quasi diceret, *homo Dei*, illius, inquam, Dei, in quo nihil est divinum, sed tantum inanis quædam umbra, et sonus vacuus divini nominis. Quæ blasphemia, ejus sensus non latebat Eliam, ignem exigebat, aut etiam fulmen vibratum è cælo. De quo Eocl. c. 49, v. 5: *Verbo Domini* (id est, jussus à Domino, seu interpositâ divini nominis majestate, et virtute) *continuit calum, et deiecit de cælo ignem ter.* Et ideò fortassè ad illum impiam vocem attentus dicit propheta: *Si homo Dei sum, descendat ignis de cælo, ac si diceret: Vos me illius Dei servum esse dicitis, quem nihil posse existimatis, sed nunc illum experimini terribilem; nam ille Deus, cui servio, ignem de cælo mittet, qui devorabit vos, et serò tandem ac frustra cognoscetis eum, et vestram damnabit insaniam et stulta consilia.*

VERS. 11.—REBUSQUE MIST AD EUM PRINCIPEM QUINQUAGENARIUM ALTERUM. MISSUS EST QUINQUAGENARIUS ALTER cum eisdem mandatis, ejus auctax et superba legatio non aliam habuit exitum quam prior. Fuit autem in secundo isto quinquagenario major quam in priori libertas et auctax, cum tamen in aliorum capite modestiam et observantiam discere debuisset. Nam cum alter tantum regis nomine descendere jussisset prophetam, hic tamen festinationem imperavit, ita ut omnem moram abjiceret, neque quicquam haberet potius quam regis imperium. Quærit Abulensis q. 20, cur cum Ochozias nōssset ab igne cælesti tactam, consumptamque fuisse cohortem ad preces Eliæ, voluerit tamen secundò et tertio alias cohortes mittere, et cum isdem mandatis quibus videbatur exitum proponi. Mihi illa placet ratio (si tamen ratio ulla esse potest in homine quem exagitat furor, et motus alius quicumque immoderatus et præceps): fecerunt id avari sæpè, sæpè ambitiosi, et quos inflammant libidinis æstus, aut vindictæ studium, qui sua seque ipsos temerè præcipitant, et in interitum cæci voluntarium feruntur. Inflammatus scelere ac furore ambitiosus homo, et regiâ inflatus majestate, ad vindictam totus anhælabat; suffundebat ignem Jezabel illius tanti incendii prima fax, quæ fecit ut per summa

etiam discrimina de medio tolleretur Elias, tam erat amens atque obstinatus furor (1).

VERS. 15.—NOLI DESPICERE ANIMAM MEAM, ET ANIMAS SERVORUM TUORUM. Tertius quinquagenarius esse existimatur Abdias, de quo supra, qui propheta centum gladio Jezabelis cum gravi sui capitis periculo subduxit, eisque diu in speluncâ inclusis de alimento providit. Sed hæc de re nihil certum; imò meo judicio, hoc aut nullo modo est, aut certè parùm probabde. Quis enim credat taciturnum Abdiam, ut Eliæ in se clementiam inflecteret, illa tot merita, et supplices tantam preces obtenderet. Fuit tamen ille prudens, quicumque fuit, qui maluit supplex orare veniam, quam cum imperio, quod fecerunt alii, admixtis etiam minis, juberè, ut è Carmeli vertice descenderet. Quare consecutus est quod optarat, cum dirum evaderet incendium, et ad regem prophetam non invitum deduceret. (2)

VERS. 15.—LOCUTUS EST AUTEM ANGELUS DOMINI AD ELIAM, DICENS: DESCENDE. Timebat Elias s regem, quianorât quàm dirè in ipsam foret animatus, et quò spectaret tertia jam missa militum cohors. Sed Deus jam Ochozias animum aut metum concusserat, aut ita temperarat, ut nihil jam ab illo esset metuendum. Quare admonet Deus per angelum prophetam, nihil ut timeat, sed securus descendat, quod ille sine ullo

(1) Ochozias, roi d'Israël, imite l'impieeté de son père Achab; Elle prédit sa mort. Ce roi envioie deux fois un détachement de cinquante hommes pour se saisir du prophète; Elle fait tomber sur eux le feu du ciel qui les consume. Voilà, disent les incrédules, un nouveau trait de ératu.

Si les deux premiers officiers envoyés par Ochozias à la tête de cinquante hommes chacun, avec ordre de se saisir du prophète Elie, avaient parlé à l'envoyé de Dieu d'une manière respectueuse, comme fit le dernier, ils auraient évité ce châtiement. Mais des satellites d'un roi impie, qui secondaient ses ordres injustes, et qui s'avançaient contre Elie, sans respect pour son ministère, pour lui faire violence, furent punis avec justice. Pour soutenir le contraire, il faudrait prouver que Dieu ne peut jamais punir les idolâtres obstinés, non plus que les exécuteurs de leurs ordres injustes; enfin qu'il doit abandonner ses ministres à leur fureur et à toute leur rage. (Duclot.)

(2) VERS. 14.—OBLICRO UT MISERERIS ANIMÆ MEÆ. Hic tertius duorum præcedentium supplicio territus, et sapientior factus, fit supplex Eliæ; unde non audeat petere, dicere, ut descendat, sed misericordiam postulat, ut scilicet sibi parcat, et dicat quid sibi factu sit opus; quid scilicet regi renuntiare debeat. Quare et Eliæ non tantum peperit, sed et momento angelo ultro se comitem ad regem adjunxit. (Corn. à Lap.)

meta ac enuntiatione præstitit. Qui cum ad regem esset ingressus, eâ constantiâ, quâ antea patrem, illum perfidiæ ac sceleris coarguit, quod relicto Deo vero, qui propius aderat, ad peregrinos deos, seu deorum inania simulacra legationem misisset; quamobrem illi sceleratam mortem denuntiavit, quæ statim propheticas minas consecuta est. Qui cum nullâ susceptâ prole decessisset, Joram frater illius loco regnum obtinuit. (1)

VERS. 17.—ANNO SECUNDO JORAM FILII JOSAPHAT REGIS JUDA (2). Hoc loco aliquid occurrit difficile. Nam Joram frater Ochozias, rex Israel, regnum obtinuisse dicitur anno secundo alterius Joram regis Juda filii Josaphat, qui tamen regnum inisse traditur anno 18 Josaphat statim, cap. 5, v. 1: *Joram verò filius Achab regnavit super Israël in Samariâ anno 18 Josaphat regis Juda.* Cum autem Josaphat annos regnârit vi-

(1) VERS. 16.—*Elle parla avoué de cette sorte: Parce que vous avez envoyé des gens pour consulter Belséschub, comme s'il n'y avait point de Dieu en Israël, vous ne relâchez point du lit, etc. Cette hardiesse avec laquelle le saint prophète parla à ce roi d'Israël, et cet étourdissement d'esprit par lequel ce prince demeura comme interdit, lorsqu'un homme faible et méprisable en apparence lui prononça son arrêt de la part de Dieu, étaient l'une et l'autre des effets du commandement tout divin que l'ange avait fait à Elie lorsqu'il lui dit: Descendez et ne craignez point. Que si l'on est obligé d'admirer la foi et la prompte obéissance de ce saint homme, qui part dans l'instant que l'ange lui a parlé, et qui ne craint point d'aller s'exposer au milieu de ses plus grands ennemis, parce que Dieu le lui commande, et lui défend d'avoir peur, on ne doit pas s'étonner moins de la faiblesse d'un grand roi, qui avait entre les mains celui qu'il voulait faire mourir, et qui l'ayant entendu le condamner lui-même à la mort, n'osa attendre sur sa personne, et souffrit qu'il s'en allât librement. Ces grands exemples et de l'humble fermeté d'un vrai serviteur de Dieu, et de l'impuissance d'un prince qui avait abandonné le Seigneur, devraient sans doute nous procurer une foi plus vive, et nous faire uniquement regarder en toutes choses la toute-puissance de celui sous l'assujettissement duquel se trouve toute la force et tout le bonheur des hommes. (Sacy.)*

(2) Sextinginta editionis Romane in calice hujus capituli addunt: Vers. 17: *Mortuus est Ochozias juxta verbum Eliæ; v. 18: Et reliqua verborum Ochozias quæ fecit, non hæc scripta in libro Verborum dierum regum Israel? Et Joram filius Achab regnavit super Israël, Samariæ, annos duodecim, in anno octavo et decimo Josaphat regis Juda. Et fecit nihil in conspectu Domini; verumtamen non sicut frater ejus, neque sicut mater ejus. Et amovit titulos Baal, quos fecerunt pater ejus, et contrivit eos. Verumtamen in peccatis domus Jeroboam, qui peccare fecit Israel, adhæsit, non recessit ab eis; et indignatus est Ird*

gniti quinque, lib. 3, cap. 22, v. 42, constat regnâsse Joram filium Achab octo annis antequam regnum iniret alter Joram filius Josaphat. Adde quod cap. 5, v. 7, Josaphat dicitur Joram regi Israel auxilium præbuisse. Multa occurrunt in his libris Regum in computatione et concursu temporum impedia maximè, quæ ut semel explicemus, operæ erit non leve pretium, si regulam statuamus, quæ nos ad hos nodos extricandos deducat, quæ certa est, et ab interpretibus et Patribus non semel usurpata, quam copiosè et eruditè tractavit Richardus de Sancto Victore, multisque confirmavit exemplis in tractatu quodam, cujus hic est titulus: *De concordia temporum regum congregantium super Juda et super Israel, ad B. Bernardum abbatem Clarevallensem.* Quem tu tractatum omnino lege, quo nihil invenies eruditius, neque ad hujusmodi questiones exsolvendâs opportunius. Si diligenter, inquit, attendimus, inveniemus pro certo frequens esse illis temporibus, quod in nostris sæpè accidit videremus. Videmus sæpè quod reges et filios suos, cum adhuc vivunt, coronant, et subditorum contradictionem et rebellionem præveniunt. Hoc apud reges Israel frequens erat, timentes ne per aliquam rebellionem regnum eorum ad domum David rediret. Et hoc quidem in Scripturâ, quavis ubique apertè non dicatur, invenitur tamen in eâ, unde suis locis facile convincatur. Et notandum quod tempora congregantium et quandoque attribuntur soli patri, quandoque filio soli, quandoque tam filio quam patri. Sunt enim qui quavis filios suos coronaverint, nullo modo dum vivunt, regiam potestatem exercere velint. Merito ergo ejusmodi et tempus regardari attribuitur soli patri. Sunt et qui post filiorum coronationem, modò propter corporis, modò propter mentis infirmitatem, et otio vacant, luxuri deservunt, et negotia regni per omnia filii committunt. Nonne hæc tempora regardandi rectius adseribuntur et filio quam patri? Sed quando regni negotia et communiter tractantur, et contra rebellis et modò simul, modò separatim regum defensionem (sicut Romani imperatores suis temporibus fecisse leguntur), nonne hæc regardandi et tempora utriusque meriti adseribuntur? Hæc Richardus, et idem penè Magister Historiæ Scholesiæ, post libros Regum specialis quodam capite et de re. Quæ omnia statim uter Dominus in domum Achab. Desumpta hæc sunt ab exordio capituli 51. (Calmet.)

que plurimis, accommodatisque confirmat exemplis; nos pauca adducemus, plura occurrent, in hoc lib. 4, et in Paralipomenis, quæ suis locis exponuntur. Primum, Salomon lib. 3 Regum cap. primo, unctus est in regem vivente patre, regnavitque cum eo simul, et tamen illud, quantumcumque fuit temporis, adscriptum fuit non Salomoni, sed Davidi. Lib. 4 Regum cap. 4, v. 8, Joachim dicitur fuisse annorum 18, cum regnare cepisset, et idem

## CAPUT II.

1. Factum est autem, cum levare vellet Dominus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias et Elisets de Galgala,

2. Dixitque Elias ad Eliseum : Sede hic, quia Dominus misit me usque in Bethel. Cui ait Eliseus : Vivit Dominus et vivit anima tua ! quia non derelinquam te. Cumque descendissent Bethel,

3. Egressi sunt filii prophetarum qui erant in Bethel ad Eliseum, et dixerunt ei : Numquid nosti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te ? Qui respondit : Et ego novi ; silete.

4. Dixit autem Elias ad Eliseum : Sede hic, quia Dominus misit me in Jericho. Et ille ait : Vivit Dominus et vivit anima tua ! quia non derelinquam te. Cumque venissent Jericho,

5. Accesserunt filii prophetarum qui erant in Jericho ad Eliseum, et dixerunt ei : Numquid nosti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te ? Et ait : Et ego novi ; silete.

6. Dixit autem ei Elias : Sede hic, quia Dominus misit me usque ad Jordanem. Qui ait : Vivit Dominus et vivit anima tua ! quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter ;

7. Et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt eos, qui et steterunt et contra, longè ; illi autem ambo stabant super Jordanem.

8. Tulitque Elias pallium suum, et involvit illud, et percussit aquas, quæ divisæ sunt in iramque partem, et transierunt ambo per siccum.

9. Cumque transissent, Elias dixit ad Eliseum : Postula quod vis ut faciam tibi, antequam tollar à te. Dixitque Eliseus :

annorum octo dicitur cum regnare cepit, lib. 2 Par. c. 36, v. 9, quia anno parentis secundo coronatus est, et cum eo simul decem regnavit annos, sed eo regno vitæ defuncto cum annorum esset decem et octo, solus in regno vixit, et verè ac propriè vocari rex potuit. Tu plura invenies exempla, quæ si ad hanc regulam, quod necesse est, referre volueris, expedita invenies, quæ prius admodum videbantur implexa.

## CHAPITRE II.

1. Lorsque le Seigneur voulut enlever Elie au ciel dans un tourbillon, il arriva qu'Elie et Elisée venaient de Galgala.

2. Et Elie dit à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Bethel. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur ! vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc ensemble à Bethel.

3. Et les enfants des prophètes qui étaient à Bethel vinrent dire à Elisée : Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître ? Elisée leur répondit : Je le sais, gardez le silence.

4. Elie dit encore à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé à Jéricho. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur ! vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Lorsqu'ils furent arrivés à Jéricho,

5. Les enfants des prophètes qui étaient à Jéricho vinrent dire à Elisée : Ne savez-vous pas que le Seigneur vous enlèvera aujourd'hui votre maître ? Il leur répondit : Je le sais ; n'en dites mot.

6. Elie dit encore à Elisée : Demeurez ici, parce que le Seigneur m'a envoyé jusqu'au Jourdain. Elisée lui répondit : Vive le Seigneur et vive votre âme ! je ne vous abandonnerai point. Ils allèrent donc tous deux ensemble.

7. Et cinquante des enfants des prophètes les suivirent, et les virent s'arrêter bien loin vis-à-vis d'eux ; et ils se tinrent tous deux au bord du Jourdain.

8. Alors Elie prit son manteau, et, ayant plié, il en frappa les eaux, qui se divisèrent en deux parts, et ils passèrent tous deux à pied sec.

9. Lorsqu'ils furent passés, Elie dit à Elisée : Demandez-moi ce que vous voudrez, afin que je l'obtienne pour vous, avant que je sois enlevé d'avec vous. Elisée lui répondit : Je vous prie que votre double esprit repose sur moi.

Obsecro ut fiat in me duplex spiritus tuus.

10. Qui respondit : Rem difficilem postulasti ; attamen si videris me quando tollar à te, erit tibi quod petisti ; si autem non videris, non erit.

11. Cumque pergerent et incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus et equi ignei dividerunt utrumque ; et ascendit Elias per turbinem in cœlum.

12. Eliseus autem videbat, et clamabat : Pater mi, pater mi, currus Israel et auriga ejus ! Et non vidit eum amplius. Apprehenditque vestimenta sua, et scidit illa in duas partes.

13. Et levavit pallium Elie quod ceciderat ei. Reversusque stetit super ripam Jordanis ;

14. Et pallio Elie, quod ceciderat ei, percussit aquas, et non sunt divisæ ; et dixit : Ubi est Deus Elie etiam nunc ? Percussitque aquas, et divisæ sunt hinc atque illuc, et transiit Eliseus.

15. Videntes autem filii prophetarum qui erant in Jericho, è contra, dixerunt : Requievit spiritus Elie super Eliseum. Et, venientes in occursum ejus, adoraverunt eum proni in terram,

16. Dixeruntque illi : Ecce cum servis tuis sunt quinquaginta viri fortes qui possunt ire et querere dominum tuum, ne fortè tulerit eum spiritus Domini, et projecerit eum in unum montium aut in unum vallium. Qui ait : Nolite mittere.

17. Coegeruntque eum, donec acquiesceret et diceret : Mittite. Et miserunt quinquaginta viros ; qui, cum quassissent tribus diebus, non invenerunt.

18. Et reversi sunt ad eum (at ille habitabat in Jericho). Et dixit eis : Numquid non dixi vobis : Nolite mittere ?

19. Dixerunt quoque viri civitatis ad Eliseum : Ecce habitatio civitatis hujus optima est, sicut tu ipse, domine, percipies ; sed aquæ pessimæ sunt et terra sterilis.

20. At ille ait : Afferte mihi vas novum, et mittite in illud sal. Quod cum attulissent,

10. Elie lui dit : Vous me demandez une chose difficile ; néanmoins, si vous me voyez lorsque je serai enlevé d'avec vous, vous aurez ce que vous avez demandé ; mais si vous ne me voyez pas, vous ne l'aurez point.

11. Lorsqu'ils continuaient leur chemin, et qu'ils marchaient en s'entretenant, un char de feu et des chevaux de feu les séparèrent tout d'un coup l'un de l'autre ; et Elie monta au ciel dans un tourbillon.

12. Elisée le voyant, s'écriait : Mon père, mon père, vous, le char d'Israël et son conducteur ! Après cela, il ne le vit plus. Et, prenant ses vêtements, il les déchira en deux.

13. Il leva de terre le manteau qu'Elie avait laissé tomber afin qu'il lui demeurât. Et Elisée s'en revenant, s'arrêta sur le bord du Jourdain.

14. Et prit le manteau qu'Elie avait laissé tomber pour lui. Il en frappa les eaux, et elles ne furent point divisées. Alors Elisée dit : Où est maintenant le Dieu d'Elie ? Et frappant les eaux une seconde fois, elles se partagèrent d'un côté et d'un autre, et il passa au travers.

15. Ce que voyant les enfants des prophètes qui étaient dans Jéricho, vis-à-vis de ce lieu-là, ils dirent : L'esprit d'Elie s'est reposé sur Elisée. Et venant au-devant de lui, ils l'adorèrent prosternés en terre.

16. Et lui dirent : Il y a entre vos serviteurs cinquante hommes forts qui peuvent aller chercher votre maître ; car peut-être que l'esprit du Seigneur l'aura enlevé et jeté quelque part sur une montagne ou dans une vallée. Elisée leur répondit : N'y envoyez point.

17. Mais ils le contraignirent à y descendre et à leur dire : Envoyez-y. Ils envoyèrent donc cinquante hommes, qui, ayant cherché pendant trois jours, ne le trouvèrent point.

18. Ils revinrent ensuite trouver Elisée, qui demeurait à Jéricho ; et il leur dit : Ne vous avais-je pas dit : N'y envoyez point ?

19. Des habitants de cette ville dirent aussi à Elisée : Seigneur, la demeure de cette ville est très-commode, comme vous le voyez vous-même, mais les eaux y sont très-mauvaises et la terre stérile.

20. Elisée leur répondit : Apportez-moi un vaisseau neuf, et mettez du sel dedans. Lorsqu'ils le lui eurent apporté,